

¶ Pater Magister à Veracruce quatuor circa hanc concessionem aduertit. Primum, quod omnibus Religiosis Mendicantibus in prædicta gubernatione degentibus, vel qui post modum erunt perpetuo, dat & communicat omnia priuilegia, & indulta, & gratias, & exēptiones, & immunitates, & fauores tam spirituales quam temporales etiam per viam extensionis & communicationis quæ hæcenus fuerunt concessa, siue Monasteriis, siue priuatis personis, aut Domibus, aut Hospitalibus.

¶ Secundo dicit, quod omnes gratias exemptiones & indulta concessa: etiam si temporalia sint perpetuo ipse Pōrifex dat, & concedit Religiosis habitantibus in Noua Hispania.

¶ Tertio aduertit, quod per hoc priuilegium Summus Pontifex dat de plenitudine potestatis, & communicat Religiosis Nonæ Hispaniæ omnia indulta, & priuilegia à Sede Apostolica, & suis prædecessoribus quomodolibet donata. Et non solum data: concessa ante, sed omnia etiã in posterum cōcedēda impartit. ¶ Aduertit quarto, hoc esse magnū concessum, quia per illud priuilegiū datū post, per Iulium tertium, & Paulum quartum, generaliter omnibus:
spe-